posse nec esse vadium contractum hoc inferioris huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat cumque terminum primum peremptorium ac alios omnes cognoscendarum causarum eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate sacrorum legatione intra vel extra Regnum servitiis militaribus ad [?] nimenta ad quicunque vel aliis quibuscunque dilationibus et legatis impedimentis non differendo ad quietationem citra proximos terminos officii praesentis Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullaque modo appellationes ac easdem prosecutiones faciendo ac praemissa omnia penes simplicibus velbis actis evasionibus suspensionibus fatalibus iure praesentis Terrestri(?) belli conventione et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Woitanowski Patruo suo Donat.

Comparens personaliter coram officio Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Christophorus Woytanowski olim Nobilis Joannis Woytanowski filius sanus mente et corpore existens a Terminis dictis obibus iuribus iurisdictionibusque suis omnibus propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni officii praesentis quoad actum praesentem attinet se cum suis successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie inscribendo ac subiiciendo palam libere publice ac expresse recognovit Quia ipse a bonis suis [illegible] Jarembowicz(?) subditum suum Christophorum cum filiis uxore ac tota supellectili domestica cum omni iure Dominio et subiectione eiusdem proprietate et haereditate cumque omnibus et singulis subditis praestationibus censibus dationibus muniis vecturis officiis obsequiis [illegible] fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibusque

generaliter

generaliter universis nihil ad eundem subditum iuris dominii proprietatis et propinquitatis pro se et suis successoribus aut quopiam alio reservando et excipiendo sed prout eundem subditum ipsemet recognoscens tenuit habuit et possidebat ac ipse concernebat ac eidem serviebant. Iam ex nunc et de facto Nobili Petro Woytanowski patruo suo germano et ipsius posteris dedit donavitque titulo puro et irrevocabilis donationis inscripsit et resignavit. Prout praesentibus dat donat titulo puro et irrevocabilis donationis inscribit et resignat pro potiore et induam. Praeterea memoratus recognoscens Nobilis Christophorus Woytanowski suprascripto Nobili patruo suo dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem ex libris Actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit ac si ipsemet recognoscens transportaret. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Krasicki Wuiakowskie Tenetur.

Comparens personaliter coram officio Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Admodum Generosus Nicolaus a Siecin Krasicki sanus mente et corpore existens a Terminis dictis Foro iuribus [?] suis omnibusque suis propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni officii praesentis Castrensis Premisliensis quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie inscribendo ac subiiciendo palam libere publice ac expresse recognovit [?] ipse Nobili Jacobo Wuiakowski [illegible] summam [illegible] ta florenorum polonicalium monetae et numeri in Regno currentis florenum quemlibet [illegible] ginta polonicalibus computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuati [illegible]